

XIV.

*Capitula ligae inter ser.^{mum} Regem, Ill.^{mum} Dominium venetū
et Exc.^{am} Remp.^{cam} florentinam, conclusae die 28 Apri-
lis 1527.*

(Commemoriali XXI, pag. 32).

In Dei Nomine Amen. Anno Domini n^{ri} Jusu Christi ab eius salutifera incarnatione millesimo quingentesimo vigesimo septimo, indictione quinta decima, die vero Dominica vigesima octava mensis Aprilis dicti anni.

Actum Florent. in palatio ill.^{mo} medico, presentibus vefi. viro Domino Galeocto Hieronimij, Enfredutij de Fani civitate familiari R.^{mi} Dnⁱ Syl. Cardinalis Cortunen[—] et Bartholomeo olim Dnⁱ Marci de Ferrarijs papien. dioc. testibus ad infrascripta omnia et singula vocatis, habitis, et rogatis.

Cum excelsa Respub.[—] dominor. florentinor. pro comuni bono et tranquillitate Italie, et totius Reipublice Christiane cupiat ingredi confederationem et intelligentiam superiori tempore initam inter Ser.^{mum} et excell.^{mum} Dominium D. Franciscum Dei Gratia Francor. Regem X.^{mum} et Ser.^{mum} Principem Dominum D. Andream Griti eadem Gratia Ducem et excell.^{mum} Dominium Venet.^m etc. — Ac pariter cupiens, sic ingredi quaecumq. confederationem et intelligentiam nuperrime initam inter sanctissimum Dominum nostrum Domini[—] Clementem Divina Providentia p^p septimum, prefatum X^{mu} Regem, Ill.^{mum} Dominium Venetiar. etc. ac Ill.^{mum} ducem Mediolani ac fortasse alios, seu renovationem et reformationem federis veteris, et p. antea superiorib. mensibus inter predictos initi et percussi. Iccirco Ill. Dominus Michael Antonius Marchio Salutiar. locumtenens gnalis. X^{mi} Regis in Italia, agens vice, ac nomine ipsius Christianissimi Regis, et promittens q. eius M.^{tas} approbabit et ratificabit presentem contractum, et omnia in eo contenta in termino duor. mensium proxime futuror.; necnon clar.^{mi} viri Dominus Alojjsius Pisanus procurator sancti Marci et prefati Ill.^{mi} Dnij Vetiar. Provisor Generalis in castris,